



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum consensus expressus per verba de futuro faciat matrimonium? 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

Ad tertium dicendum, quod sicut dicit Hug. * de
 sponso vid. eos qui coniunguntur, sic oportet consen-
 tere, ut invicem se spontaneè recipiant: quod iudi-
 catur fieri si in desponsatione non contradicant. unde
 de verba parentum computantur in casu illo, ac si ef-
 fense puella: sunt enim sufficiens signum quod sunt
 eas, ex quo non contradicit.

ARTIC. III.

*Ut consensus expressus per verba de futuro, faciat
 matrimonium.*

186

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod con-
 sensus expressus per verba de futuro, matrimo-
 nium faciat. Quia sicut se habet præsens ad præsens,
 ita futurum ad futurum*. Sed consensus per verba
 præsentis expressus facit matrimonium in præsen-
 ti. Ergo consensus expressus per verba de futuro,
 facit matrimonium in futuro.

¶ 1. Præterea. Sicut in matrimonio fit quedam
 obligatio per verba exprimentia consensum, ita & in
 aliis civilibus contractibus. Sed in aliis contractibus
 non differt utrum per verba de præsentis, vel de futu-
 ro obligatio fiat. Ergo nec in matrimonio differt.

¶ 2. Præterea. Per votum religionis homo con-
 trahit matrimonium spirituale cum Deo. Sed votum
 religionis fit per verba de futuro, & obligat. Ergo
 similiter potest fieri matrimonium carnale per
 verba de futuro.

¶ 3. Contra est, quod ille qui consentit in aliquam
 verba de futuro, & postea cum alia per verba de
 præsentis, secundum iura debet habere secundam pro-
 portione. Sed hoc non esset, si consensus per verba de
 futuro faceret matrimonium: quia ex quo verum est
 matrimonium cum vna, ea vivente non potest con-
 trahi cum alia. Ergo consensus per verba de futuro
 non facit matrimonium.

¶ Præterea. Qui promittit aliquid se facturum, non
 facit illud. Sed qui consentit per verba de futu-
 ro promittit se cum aliqua contrahitur matrimo-
 nium. Supplementum.

B b

* In suis
 Senten-
 tijs tra-
 ctatu 7.
 c. 6. pau-
 lo à prin-
 cip.

* ut dici-
 tur in de
 cret. lib. 4
 tit. 1. c. 31
 & ibid.
 tit. 4. c. 5.

Lib. 4.
 Decreta.
 tit. 1. c.
 22.

nium. Ergo non contrahit adhuc cum illa.

RESPONDEO dicendum, quod causæ sacramen-
tales significando efficiunt, unde hoc efficiunt quod
significant. Quia ergo cum aliquis consensum suum
per verba de futuro exprimit, non significat se facere
matrimonium, sed promittit se facturum: ideo talis
expressio consensus non facit matrimonium, sed spon-
sionem eius, quæ sponsalia nominatur.

Ad primum ergo dicendum, quod cum consensus
exprimitur per verba de præsentibus, & verba sunt præ-
sentia, & in præsentibus consentitur pro eodem tempore,
sed quando consensus fit per verba de futuro, verba
sunt præsentia, sed consentitur in futurum, & hoc
non pro eodem tempore; & propter hoc non est
mile.

Ad secundum dicendum, quod etiam in alijs con-
tractibus, qui verbis futuris utitur, non transfertur pro-
prietatem rei suæ in alterum: ut si dicat, Dabo tibi
solum quando verbis præsentibus utitur.

Ad tertium dicendum, quod in voto professionis
actus spiritualis matrimonij per verba de futuro ex-
primitur, scilicet obedientia vel observantia regulæ
& non ipsum matrimonium spirituale. Si autem
rituale matrimonium in futurum voueatur, non est
matrimonium spirituale: quia nondum ex hoc aliquis
est monachus, sed se futurum monachum pollicetur.

ARTIC. IV.

*Utrum consensus etiam per verba de præsentibus expri-
sus, si desit interior consensus, faciat ma-
trimonium?*

187

AD quartum sic proceditur. Videtur, quod con-
sensus, etiam per verba de præsentibus expressus,
si desit interior consensus, faciat matrimonium: quia
fraus & dolus nemini debet patrocinari, secundum
iura. Sed ille qui verbis exprimit consensum, quod
in corde non habet, dolum committit. Ergo non
debet sibi patrocinari, ut ab obligatione matrimo-
nij liber reddatur.